



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

LII. Quam dirum Luthero-caluinistarum, sii odium in Monachos?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

rius; sed iure gentium, quod partim est naturale, partim positivum. Hinc mos omnium fuit gentium; Sacris deditos; & quæ ipsorum essent, pro exemptis haberi. Vt Leuitæ, Exod. 20. Num. 1. Sacerdotes, Genes. 47. sub Pharaone: Et 1. Esdra 7. sub Artaxerxe. 2. Vt Anima corpori præest, non subest: ita nec Clericia subesse debet Politicæ, in Sacris. Vide *Antichristum* p. 2. q. 21.

DICO AD I. Quos Concilium Nicænum prius damnarat Arianos; sententiam in eos est executus Imperator.

AD II. Rectè: At Ecclesiastica potestas est sublimior: ergo non subiecta inferiori sæculari in rebus aut sacris, aut ad sacra pertinentibus.

AD III. Christus soluit, quia voluit, non quia debuit. *Nam liberi sunt filii: sed ut non scandalizemus eos, vade &c.*

VIII. DE MONACHIS.

QVÆSTIO LII.

Quàm durum in Monachos odium Lutheri-calvinistarum?

LUTHERVS in obsequio suo Epithalamio ad 1. Cor 7. Omnes eos qui Cælibem vitam in monasteriis ducunt, idolo Moloch corpora sua cremare confirmat. *Ibidem*, Statum Religionis nil vaere; ethnicum, teitenum, sæcularem, ac veluti lutum esse scilicet. &c.

Magdeburgense Centuria 1. c. 10. aunt. *Quis non hac hominum monstra execretur, ut inimicos humanæ societatis, & contra totam secundam Tabulam delinquentes?* Melancthon in Apologia articulo de votis; *Vota & opera Monachorum appellat: obsecrationes fatuas, hypocriticas simulationes, Traditiones pharisæicas, & Mahumeticas.*

CALVINVS *Instit.* l. 4. c. 13. ait, Monachos omnes esse Sophistas cucullatos, qui ab

Ecclesia discessionem fecerint, & se totos diabolo consecraverint: Monasteria esse lupanaria; Vota monastica, reia Satana.

Sic & hæresiarchæ in *Genealog.* p. 2. q. 11.

AVTOR. 1. Filii tenebrarum æque oculis nequeunt lucem Religionis intruere; desertores militiæ oderunt castra Sanctorum. *Nam*, ait S. Antonius apud S. Athanasium, *omnes qui dem Christiani Diabolus odit; sed probes Monachos, Chrysoy virgines tolerare nullo modo potest.*

2. Dissimillima de iis S. Patres, quorum pars magna & ipsi monasticum eluerunt: Quibus à Christo, *Matth. Marc. 10. Luc. 18.* centuplum in hoc saeculo; sedes honoraria in iudicio; locum in cælorum regno promittitur. Sed præ veritè hæc latet.

QVÆSTIO LIII.

Qualis Origo fuerit Religionum?

LUTHERANI. Vt Magdeburgenses Cent. 1. c. 10. cepit hoc saeculo 400. primum monasterium: se ab Antonio Micharico &c. Idque Cent. 5. c. 6. patet in securatione doctrina de iustificatione, & in rebus ceteris. Deipsum ex prava emulatione Effessorum; Cent. 1. partem casu, v. fugerent persecutionem; v. de huiusmodi Hieronymus testatur.

CALVINVS *Instit.* l. 4. c. 13. §. 10. Melancthon in Apologia articulo 27. aunt fuisse quidem quarto, & quinto saeculo Monachos aliquos, sed eos, qui tunc sunt, cum eis habere comamene nihil: ideoque hodie tantum monachatum rem esse novam.

SVADENT istis. 1. Quia an liber de vita S. Antonii monachi sit ab Athanasio conscriptus, dubitant Magdeburgenses Cent. 1. c. 10. 2. Quia, Negant iidem Cent. 1. c. 10. Erasmus, Lutherus, Calvinus, &c. librum de Ecclesiæ hierarchia esse Dionysii Areopagite. 3. Quia negant, *ibidem* c. 3. Theologionem de Christianis, sed Ellenis, scriptum.

AVTOR. Tria asserimus: vnde &